

126

Generoso D. Stanislao, Comiti ab Astorog etc. de Ho 1586. 83)

Scripti superioribus mensibus methodum totius ubique varia con-  
troversia, non tam ut licet aliquando videret, quam in  
privatum meum usum: ut nimirum in tractatione ejus  
scholastica his quasi cancellis ipse me circumscriberem.  
At n. varia de hoc argumento extant Doctorum scripta:  
Et tamen ferè sunt prolixæ et proluxa; in quibus juni-  
ores momenta precipua cause haud facile observant. Unde  
fit, ut plerisque videatur controversia intricata et vasta, quæ  
brevis et expedita est, si quis intra hos quasi limites se con-  
tinere dicat. Denique auctoritate Senatus nostri Ecclesiasti-  
ci factum est, ut libellum eum prolo comitterem, et qui-  
dem sub nomine Ill. Baronum D. Huldrici à Kauniz et  
D. Bohúchvali à Naehod etc. quorum pietate ac vir-  
tute verè heroicà cum hactenus non modò Illust. Prin-  
cipem Electorem D. Fridericum, sed te quoque, Vir Generose,  
delectari viderem, et conversari plurimum: non potui  
quin et gratam honestamque Generosi Nominis tui memi-  
onem in Prefatione attingerem, et hoc methodi exem-  
plar Generositati tuæ humiliter offerrem. Eam ut be-  
nigne accipias, oro; Denique precor, ut Generositatem  
tuam Ecclesia ac Reipublica Christiana, Nobilissimaque  
Polonia regno incolamè diu servet. Scripsi Heidelber-  
gæ ipso Bartholomæi, quo ante annos XIV. Fortissimè  
Heros Caspar Coligny Gallie Admiratus in plus quam  
Seythica illa lanienâ Parisiensi nefarie trucidatus  
interiit. Anno Salutis 1586. D. Papeis